



**Processus Juridicus contra sagas & veneficos, Das ist:  
Rechtlicher Proceß/ Wie man gegen Unholdten vnd  
Zauberische Personen verfahren soll**

**Goehausen, Hermann**

**Rintelii ad Visurgium, 1630**

Qvæstio Prima. An proba quæ fridæ die Wasserprob/ qua veneficis  
explorandis quibusda[m] in locis judices utuntur, sit licita & legitima.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64982](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64982)

QUÆSTIO PRIMA.

*An proba aquæ frigidæ dte Wasser  
Prob 1 qua veneficis explorandis qui-  
busdam in locis iudices utuntur, sit  
licita, ac legitima?*



QUÆSTIO hæc magni momenti est, quam ut rectius percipiamus, hæc præmitto: Dicitur alia *Canonica purgatio*, quæ regulis Ecclesiastici juris consentanea est, & fit vel per *jusiurandum*. Vide c. 4. 5. 6. & 17. *caus 2. q. 4.* vel per *venereabilis Sacramenti Eucharistici sumptionem*, Vide c. 23. & 26. *dicta caus. 2. q. 4.* Dicitur alia *purgatio vulgaris*, quæ, ut ipsum nomen nobis indicare videtur, nullo legitimo usu, sed *vulgi* quadam usurpatione & observatione superstitiosa fuit introducta. c. 7. *ibi: popularis inventionis. caus. 2. q. 4.* jureque canonico expressè vetita. d. c. 7. & c. 20. d. *caus. 2. q. 4. toto tit. Ext. de purgat. vulg.* quod soleat eiusmodi purgatione Deus

6 *Quest. 1. An prob. aq. frig.*  
tentari potius, quam voluntas eius explo-  
rari. c. 3. d. purg. vulg. talis purgatio erat  
quæ fiebat per *Monomachiam*. c. 1. d. t. de  
purg. vulg. per igniti ferri, vel ferventis, aut  
frigida aqua contactum. d. c. 7. & c. 20. caus.  
2. q. 4.

Dixi cum Pontifice in d. c. 7. per CON-  
TACTUM: sicuti enim homines qui ad-  
mittebantur ad probationem aqua ca-  
lida, hanc non ore bibebant, sed manum  
immittebant, ita quoque eundem mo-  
dum in iudicio aqua frigida observatum fuisse  
valde probabile est, ut non in hanc toti  
mergerentur, sed manum immitterent:  
videlicet Deus, ut in ferventi innocentis  
manum servabat ab adustione innoxiam,  
ignis actione prohibita; sic in frigida ali-  
quando nocentis iram amburebat,  
contrariam aquæ actionem tribuens, fri-  
gidityte naturali in supra naturalem ardo-  
rem commutata; quod valdè notandum.

Alia quoque tamen fuit aquæ frigida  
proba, qua quis in aquam totus mergebatur,  
ac si emergeret tertio ut innocens absolve-  
batur, prout docet *Afflict. ad constis. Nea*  
*poli*

*polit. lib. 3. tit. 31. quam probandi rationem*  
*Lotharius Imp. in legibus Longobard. sus-*  
*tulit, ac istud examen aquæ frigidæ in im-*  
*perio ubiq; prohibuit. Prohibuerunt quoq;*  
*Summi Pontifices, sicuti diximus, istam*  
*per aquam frigidam probationem, in capp.*  
*supra allegatis adde capit. 8. de purgat. canon. de*  
*quo pluribus videbis Delrio lib. 4. disquis.*  
*magic. c. 4. q. 4. sect. 4. Et quamvis paulatim*  
*ubiq; hæc prohibitio quoad reliqua crimina*  
*obtinuerit, attamen aliquis abusus hæsit*  
*in solo crimine Magia, ita tamen hæsit in*  
*hoc crimine, ut non istoritu & Exorcismis,*  
*qui olim in usu, & quorum formulas tibi*  
*exhibet Delrio d. lib 4. c. 4. q. 4. sect. 4. per*  
*tot. sed sine ulla Dei invocatione, sine ullo*  
*ritu pietatis aliquid præferente, quasi per*  
*ludum iudices hac probâ abutantur, qui-*  
*busdam duntaxat in regionibus. Nam ho-*  
*die in multis Germaniæ locis, maximè*  
*Westphaliæ circulo utuntur hac probâ in ve-*  
*neficis indagandis; quas enim fama vel a-*  
*liorum depositione suspectas habent eas sta-*  
*tim absq; ulteriore inquisitione capiunt,*  
*captasque extra urbem deducunt, & in a-*

8 *Quaest. I. An prob. aq. frig.*

quam frigidam ita conijciunt, ut dextra manus sinistro pedi, sinistra verò dextro pedi sit allegata, **Binden ihm die rechte Hand an den linken Fuß vnd grossen Zehn/** & si supernatant, veneficas vehementius suspicantur, & iecirco duriori subiiciunt quaestioni, sin submergantur, innocentes esse credunt.

Respublicas ac Comitatus vicinos hunc modum ac praxin observare, proh dolor, videmus. Ubi non tempero mihi, quin *viri alias jurispublici & privati scientissimi*, ad Nobilem quendam datum responsum, quod anno currente, me Decano, cum aliis Actis ad Facultatem nostram transmissum fuit, totidē verbis hic recitē: **Dieweil beyde Weiber** respondit ille mit irē bericht vñ Geständnüsse nit wenig verdacht zur weiter inquisition auff sich geladen/ vnd sie dann selbst vff der Wasser Prob bestehen/ vnd darumb einstendig angehalten/ als fan **E. Gestr.** meines ermessens/ dieselbe dißfals/ als ein adminiculum Inquisitionis occultum, licet ab omnibus ferē Theologis ac **JCtis** improbatum, ob sich etwa dadurch/ gleich

gleich bißhero bey dergleichen vielfältig ge-  
schehen/andere mehr indicia vnd endlich ihre  
eigene Bekandnüsse erreugen vnd zu Tage  
geben wolten/ zu vnd geschehen lassen/dz bey  
de Theile fürgestellet/ ins Wasser geführet/  
vnd N. N. Als welche den Anfang der diffa-  
mation gemacht/ vnd nicht ohne verdacht  
ist/ Vor erst gewöhnlicher Weise vffs Was-  
ser gesetzt/ vnd darnechst dann N. N. ad alia  
qualem certitudinem eliciendam, zu sel-  
biger Prob folgen / vnd ebenmessig auffge-  
setzt / auch da sie schwemmen würden / zur  
Hafft gebracht / vnd ohnlengst hernacher  
noch selbigen Tages / mit Seinschrauben  
angefesselt / oder sonst nach besindung / vnd  
ferner sich ereugender rechtmessiger Anzei-  
gungen / mit der Tortur vnd scharffen Frage  
belegt / vnd die Wahrheit erforschet vnd er-  
kündiget werden / &c.

*Sanè Catholici statuunt communiter pro-  
bam hanc aquæ frigidæ ob Pontificiam  
prohibitionem, esse illicitam, adeoq; hoc  
genus purgationis seu potius probæ inter  
Catholicos in usu esse desit. Verum inter a-*

A 5

tificia

ficia prohibitio tanti non est, res maximè  
 est controversa, *licitane hæc proba, an illicita?*  
 Et quamvis quod non tam admirandum,  
 quam culpandum, *communis opinio* inter il-  
 los sit, *illicitam esse*, hancque sententiam  
 omnes *Facultates juridicæ* in Academiis Ger-  
 manix approbent teste *Godelman. libr. 3. de*  
*Mag. & Venetic. c. 5.*, attamen ab illa, sicuti  
 diximus in foro & judiciis temere rece-  
 dunt, hancque probam utu recipiunt, es-  
 nimverò quid patet manifestius ex respõ-  
 so præallegato? concedit *vir ille Clarissimus,*  
 daß solche purgatio per aquam frigidam  
 eine improbata exploratio sey / davon wie  
 weder in Dei noch Cæsaris Codice lesen/  
 vnd daher fast von allen löblichen Theolo-  
 gischen vnd Juristen Faculteten rotius Ger-  
 mania vnd anderswo verworffen / & tamen  
 illam als ein adminiculum inquisitionis  
 occultum recipendam consulit: sed in-  
 quit: daß man dadurch gleich bißhero viel-  
 maln geschehē / zu erkündigung der warheit  
 können müge: Ergone sunt faciēda mala ut  
 eveniant bona? Quā rectius *Marpurgenes*  
*apud Dedekennum vol. 2. Thesauri Cōsilio-*

*rum. sect. 19. tit. non Zauberey vnd derselben*  
Straff/ responderunt, sie könten das anges  
deutete experimentum die verdächtige Pers  
sonen auff's Wasser zuwerffen / vnd dahero  
von ihrer Schuld oder Baschuldt zu vrtheis  
len/ nicht approbiren oder vor Christlich hal  
ten/ vnd demnach darzu nicht rathen / dessen  
sich auch keine Christliche Obrigkeit BONA  
CONSCIENCIA gebrauchen möchte: adfe  
runt ibidem non inelegantes rationes,  
quas & attingemus in sequentibus.

Superstitiosus quidem hic probandi  
modus, patrocinium invenit apud *Scribo  
nium* Ramistam, qui eum iudicibus sva  
dere conatur: sed hic exclamare possu  
mus *cum Scalig. de re poet.* nihil tam absurdè  
dici potest, quod non inveniat suum de  
fensorem, ut & deformes buccæ suos ba  
fiatores. Quippe inanes sunt picturæ, quæ  
tamen invenerunt Amasios suos, velut pu  
pæ improvidas ætates, ait idem Exerc. 325,  
f. 6. Videamus de rationibus & earum ex  
pendamus momenta, sed prius de senten  
tia veriore, quæ hæc est.

Nos hoc probationis genus *illegitimum*

& illu

& illicitum esse putamus; nam (1) in Dei tentationem, Diaboli astu introductum est, qui *μισάνθρωπος* hoc etiam modo innocentium vitæ & famæ insidiatur, & efficit ut multæ fontes (nam si eis diutius ui velit, immergit eas) absoluantur, innocentes verò damnentur, quibus injectis se supponere & submersionem impedire potest: re ipsa siquidem compertum, sæpius mulieres innocentissimas aquis iniectas supernataste, nocentissimas verò submersas, cuiusmodi memorabile exemplum refert *Godelman. d. l. 3. de mag. & venes. c. 5.* quod ipsemet in Livonia vidit; ac frivolum est quod quidam replicant *sagas verè tales* ideo submergi, quoniam iam tum pœnituerint; etenim quid si non? cum sagæ rarissime pœniteant; & certè vix fit ut pœniteant *non dum damnatae*, solent quidem ante sententiam se parare ad confessionem, sed ut de *vera contritione* nunquam iudici constare possit. Quod verò Diabolus possit vel ipse sustentare in aquis corpora, vel aliquid eis supponere quod sustentet, indubium est, & hoc conari negare, id sanè foret in phisolo.

lofophiam, quod solœcismus in Priscia-  
num, dicente *Delrio d. cap. 4. q. 5.* Equidem  
qui *Scribonium* sequuntur, existimant Dæ-  
monem hoc in aquæ elemento non posse,  
quasi Dæmon sit ex Elemento aëris com-  
pactus, non aquæ: facilius autem in invi-  
cem posse operari, quæ sunt ex eodem ele-  
mento compacta, ac ideò Dæmonem,  
quamvis possit operari in aëre & in eo cor-  
pora sustinere, attamen in aqua non pos-  
se. Verum, præterquam quod inde tan-  
tum hoc probari videatur, difficilius Dæ-  
monem id facere posse in aqua, etiam hæc  
propositio: *Dæmonem esse compactum ex cor-  
pore aëreo*, vel est erronea, vel saltem pror-  
sus temeraria, quam ideo ego *Scholasticis*  
ad quos pertinet, relinquo. Mihi satis con-  
tra Canonum contemptores, quod Mar-  
purgentes apud *Dedeken. d. loco.* id non in-  
ficientur, his verbis, *daß der Sathan per-  
mittente Deo die Leuthe / sie sein gleich der  
verdambten Zauberey schuldig oder nicht /  
im Wasser seines gefallens entweder kan  
Empor halten oder sincken lassen.*

(2) Quod S. Patrum documento san-  
citurum

eium non est, superstitiosa ad inventionem  
 non est præsumendum. ait Papa in c. 20.  
*caus. 2. q. 4.* Verum hæc probationes per ignem  
 & aquam, non sunt repertæ in Canonibus,  
 non sancitæ sanctorum Patrum documento,  
 sed ab hominibus vulgo præsumptæ:  
 Et ergo sunt superstitiosæ: Vnde in d. cap. 7.  
*caus. 2. q. 4.* Pontifex utramque probam  
 & aquæ frigidæ & ferventis, vocat,  
*popularem inventionem*: utramque dicit  
 factam, *fabricante invidia*: hoc est: diabolo  
 hominum saluti invidente: Aquæ etiam  
 huius frigidæ purgationem Pontifex alius  
 in c. 8. *extr. de purgat. canon.* vocat *peregrinum  
 iudicium* hoc est; alienum ab Ecclesiæ moribus,  
 ac ideo hæc proba Canonibus improbata est.  
 Frustra verò hic exceperis, non esse mentem  
 Canonum de hoc crimine *malefici* sed de purgatione  
*levium tantum criminum*, loqui, & in illis hanc  
 purgationem prohibere; quoniam falsa hæc  
 limitatio, & satis expressa est prohibitio  
 Canonum; nam qui dicit: *non licere uti proba  
 aqua frigida*: prohibet purgationem cuiuslibet  
 criminis per talem probam: Vnde

enim negativæ indefinitæ prohibitionis, est universalis, ideoque præcepta negativa semper, ubiq; & omnes ligant, veluti qui prohibet furari, is prohibet aurum, argentum, ferrum furari, sic qui aqua frigida experiri prohibet, is prohibet experiri in omni casu & crimine, quia nullum est crimen, in quo prohibitionis ratio æque non militet, ea enim hæc est, quia superstitionum & incertum & cum Dei tentatione conjunctum est hoc genus probationis. *dd. cap.*

(3) *Canonica* itaque hæc probatio non est, nec *legalis*, neque etiam *miraculosa*: etenim revera ubi nulla promissio, periculosum est allegare miraculum, & ideò nec tutum erit circa sagarum immersionem in aquam, confingere miraculum, maxime cum hæc proba fallat aliquando, etenim constat etiam sagas verè reas quandoque submersas fuisse, teste *Godelm. d. loc.* miracula Dei autem nunquam fallunt, sed sunt certissima & infallibilia: atque à Deo miraculum petere citra necessitatem, est apertè Deum tentare, hic autem non est  
neces-

necessitas idonea, siquidem vel potest delictum illud aliter deprehendi, & tunc nulla adest necessitas; vel si non potest sciri aliis mediis illud peccatum, tunc iudex est injustus, qui de quibus judicare non potest, eo quod divino throno sunt reservata, iudicium usurpat. Quare hæc vulgaris aquæ frigidæ proba non est miraculosa, manet itaque eam esse illicitam.

*Scribonius* sententiæ contrariæ eiusquæ praxis iudiciariæ acerrimus defensor potissima hac utitur ratione, quod Diabolus est spiritus levis natura, utpotè plus de aëre, quam de aqua participans, indeque *sagas obsidens* leves facit, illasq; sustentat super aquis, dicit ergò, hanc supernationem *sagarum* provenire ex Satanica levitate, ut causa efficiens: itaque à Dæmone posse quidem *sagas* super aquis sustentari, quoniam substantialiter in ipsis sit diffusus, prout *Scribonij* hæc verba sunt, non perinde tamen innocentes alias sustentare, siquidem quas Dæmon non inhabitat. Verum stolidam hanc rationem esse docent *Philosophi*: Gravitas enim, & levitas,

in

Inquiunt illi, *πάθη* & affectiones corporum sunt, & sic Diabolo, qui Spiritus est, attribui non possunt: Verum regerit *Scribonius*, Dæmonem quadam *spirituali levitate* præditum esse, ideoq; hoc posse. Atquin idem ita & *anima* poterit, quæ ipsa quoq; spiritualis tota & proinde levis tota: hoc verò non posse animam norunt, qui natate non norunt, & aquas aliquando ingressi sunt. Deinde si hoc facit Dæmonis levitas, cur etiam *Energumeni* non æquè leves, cur illi merguntur? cur merſi *Gergezenorum* lues, à Dæmone tamen obſeſſi? de quo *Math. cap. 8. in fin.* Quid ergo si Diabolus esset *gravis*? prout circumfertur *historia*, vegetum quendam hominem, Diabolum pallio suo inhærentem portasse, eoq; onere ita pressum, ut vix incedere potuerit. Vide simile exemplum apud *Delr. lib. 2. q. 15. §. talem arbitror fuisse puerum. disquisit. Magic.*

Sed aliud habet effugium *Scribonius*: dicit propter *Sacramentum Baptismi* aquã ipsam sagas in se ferre non posse, quoniã enim Deus Opt. Max. elementum *aquæ*

B

præ-

prædestinavit salutari hominis lavacro, itaq; inleuit odium aquis in maleficas, ut has exspuant. Atquin ita non *satanicalé-vitas* supernatationis lagarum causa erit, sed *aqua natura*; admittit hoc *Scribonius*, & addit, nimirum ut aqua in baptismo est signum initi inter Deum & hominem baptizatum novi fœderis; eodem modo aqua indicium est, dissoluti illius & tractu iterum fœderis.

Verum quid si negem consequentiam quod signum sit initi cum Deo fœderis, hoc credimus dicenti Deo, ut credamus eandem esse signum fœderis violati, simili testimonio utpote in re tanti momenti, erit opus; neq; tamen aquæ quatenus est aqua & *elementum*, salutem tribuimus nostram, sed quatenus ad aquam accessit forma baptismatis, & est *sacramentum*; de quo *Theologi* & doctè *Delrio d. tr. l. 4. q. 5. sect. 1.* Certè olim etiam aqua *hereticos* & *hypocritas* sic exspuit, sicuti constat ex *D. Bernhardo in cant. cantic. serm. 66. in fin.* Ergone etiam insitum illi odium in *hereticos*? Ergone quoad illos quoq; iudicium

aqua

aquæ erit licitum? si propter sacramen-  
tum Baptismi *Sagas* odit aqua, cæterosne  
igitur amabit, ideoq; nec exspuet? Ergo-  
ne aqua prædita ratione? etenim ideo  
irasci belluas & odisse negant *Philosophi*,  
quia ratione carent. Sed sunt hæc *Meta-*  
*phorica*, nec tuta, nec credibilia.

Quidam alii sunt, qui existimant hanc  
supernatationem non esse tribuendam  
*dæmoni*, verum omnipotenti *Deo*, qui tot-  
tum hoc per suos ministeriales *Angelos bo-*  
*nos* exsequatur, *Sagas*q; arceat ac repellat  
ab aquis: Et igitur dicunt illi hanc super-  
natationem esse introductam duntaxat à  
*Deo* ad dirigendum iudicem, in crimi-  
nis maleficii iudicio.

Etenim cum *Dei* providentia suavissi-  
me omnia regat, & *mortalibus omnibus*, ne  
*Dæmon* illos decipiat, optime provi-  
deat, tunc maximè impedit, ne *judices* &  
*Magistratus* ad lubitum seducat: Quare  
tametsi *Dæmon* semper & omnitempo-  
re conatus fuerit & conetur, ne malefici  
puniantur, & ut ipsos eripiat iudicibus,  
attamen *Deus* ab initio mundi potesta-

tem suam in defensione & tutela iudicum ostendit : prout ergo Deus potentiam suam ostendit, in tuendis iudicibus contra Dæmonum insidias, ita quoq; vult ea ostendere in crimine eorum detegendo, nimirum per aquatilem hanc probam, ut hæc sit quasi index ac documentum huius criminis : quamvis etiam non absurdè videri possit *propter difficultatem probandi*, probæ huius licentiam in solo hoc crimine malefici iudicibus relictam fuisse.

Verùm verò verius est, probationem hanc non à Deo esse sed ab illo, qui hominum gaudet interitu ac deceptione teste siquidem *Experientiâ*, non solum innocentes quandoq; supernatarunt, sed etiam aliquando Sagæ, quas verè constitit esse reas, in aquam gelidam colligatis artibus projectæ, submersæ fuerunt. *Geelm. d. loco.* Quin imò sequeretur hinc Sagas omninò mergi non posse, quantumvis vi humanâ adhibitâ, quippe nullæ vires humanæ Angelis bonis ministerialibus possunt resistere; Et tamen col-

stat eas, vi à Carnifice sub aquis contineri ac conto deprimi posse.

Itaque ut credamus Dei voluntate & ministrorum eius operâ hoc totum fieri, necesse erit alias adferri probationes vel ex scripturis, vel Ecclesiastica traditione: in re tanti momenti solis niti conjecturis, hoc verò nec sobriè nec sanæ mentis est vel sapientiæ. Et ad rem non pertinent, quæ de *Dei providentiâ* dicuntur: Esto siquidem, Deum impedire, ne Dæmon nos opprimat aut iudices decipiat; Ergone nullum lædit? ubi igitur *Iob*? nullum decipit? ubi *Achab* ore Pseudoprophetarum deceptus? ubi ut reliqua taceamus *Susanna* falso crimine damnata? Neq; illa consequentia bona est: *Deus hoc facit*; nimirum iudices tuetur contra Dæmonum insidias. Ergo & istud vult: nimirum per hanc probam eorum crimen detegere. Deus quidem tuetur iudices *ne ladan- tur*, ac proinde etiam eos dirigit, *ne fallantur*, sed ita tamen ut ipsi utantur *modis & mediis à jure comprobatis*, quomodo nunquam falli possunt.

B 3

Quod

Quod inluper de *difficultate probandi* adfertur, insufficiens est, ut propter hæc a quæ probatio admittatur, siquidem eadem difficultas si non major, est in quibusdam criminibus aliis, veluti *adulterij* ac *nefaria Veneris*, quæ certè occultius admittuntur; cum in his unicus duntaxat sit conscius, plures verò correi sunt sagarum, Et tamen hæc proba per aquam vel per ignem, quoad hæc crimina, hodie nõ amplius frequentatur.

Quamvis verò crimen maleficii quotidie augescere videamus, non ideo tamen licebit iudici genera veritatis inquirendæ invenire nova, ac quidem ejusmodi quæ vel juri adversentur, vel per quæ Deus tentetur; hæc verò aquæ frigida usurpatio, Dei tentatrix est, & juri adversatur, ac proinde usus ejus corruptela est, non consuetudo: Quin imò sic posset de *ferri candentis proba* hoc idem inferri, quæ tamen probam improbamus omnes.

Nec sufficere poterit, tametsi dicamus per hanc aquæ probam Judices *ad bonum finem* tendere, scilicet ad salutem ac re-

con.

conciliationem humani generis, omniumque terræ fructuum proventum, quomodo Imper. in leg. 4. C. de malef. & *Mazhem*. permittit maleficia, quæ in bonum finem diriguntur, nempe ad salutem hominum &c.

Etenim ut actus aliquis sit legitimus & bonus, non sufficit, si per eum quis ad bonum finem tendit; sanè si finem spectes, bonum est ægro sanitatem conferre, attamen si per medium non bonum veluti per maleficium conferas, velut per fornicationem, eò tendat, actus erit malus & lethalis, nec enim facienda sunt mala, ut eveniant bona, ita quoque licet hic ad bonum finem iudices tendant, peccant tamen, quia per mala media, nempe superstitionem & tentationem Dei: Et certè ad eundem finem tenderent iudices per ferri candentis purgationem, & tamen hoc eis non licere certum est. Quod attinet d. l. 4. de ea vide quæ doctè & breviter disserit *Delrio, lib. 3. p. 2. q. 4. sect. 8. in fine*, & quæ nos diximus alibi.

Verum quæret hic aliquis, qui fiat igitur

tur quod se sagæ huic probæ tam frequenter offerant atque hoc aquæ periculum sponte subire velint? Respondeo, quia Dæmon ipsis persuadere solet, se illas liberaturum, & in ipsis aquis famam vitamque earum adservaturum esse; id verò Dæmon ipsis aliquando non servat, vel quia vult eas rogo tradi, moraliter certus impœnientes obituras; vel quia vult ipsis persuadere se eas servaturum in igne, sicut servavit in aquis; vel etiam, quia vult ita, licet fortassis unam perdat animam, quæ ad Deum per pœnitentiam revertitur, spectatores huic rei fidem adhibentes, in superstitione retinere, quod & viderunt Marpurgenses apud Dedekensium citato loco, ibi: *daß der böse Geist diese superstition in der Menschen Herse bekräftige &c.*

Judices autem isti, qui ad solas hasce muliercularum importunas preces, ipsas aqua tentant, præcipitanter agunt ac peccant, & quidem mortaliter Geil. 2. d. P. P. c. 7. n. 24. quoniam illi ex vi pacti impliciti cum Dæmone hanc probam sequuntur, opti-

optimè enim existimat *Delrio. d. tr. lib. 4. c. 4. q. 5. sect. 3. circa finem.* cum primo aliquo iudice pactū *Explicitum* intercessisse Dæmoni, ut Dæmon ad tale signum proderet occultum & latens crimen; nempe ut quæ lagæ essent, eas sustineret ne mergerentur: postea alii Iudices hoc edocti, vi illius primi pacti, idem obtinuerunt, atq; ita iam, etiam ignari, ex pacto implicito operantur. *Vide Delrio. d. lib. 4. c. 2. q. 5.*

Atquin, fortè dixeris, si adsint alia quedam indicia, veluti *indicia depositionis & denuntiationis sociorum & complicum*, an non posset iudex hoc casu ad eorum robur hanc probam adijcere? Respondeo, vel adsunt indicia *sufficientia ad torturam*, & non erit hæc proba necessaria, sed abundantioris tantum cautelæ & quasi *res curiositatis*, atq; eodem modo eam iudex ad *condemnationem* adhibere posset, nimirum ut confidentius condemnaret; vel non adsunt, nec levia illa quæ adsunt, possunt aliis legitimis iudiciis roborari, & eo casu ad supplementum hac probâ uti non licet, sed præstat reum forte nocentem ab-

solvi, quam ex prohibitis indiciiis cōdem-  
nari. teste Pontifice in *d. c. 20. caus. 2. q. 4.*  
Si tamen propter adminiculum huius  
probationis vulgaris reum subdat tortu-  
ræ iudex, peccabit, & tenebitur actione  
iniuriarum. *L. 32. d. iniur. Godeim. d. cap. 4.*  
*num. 30.*

Atq; hinc mirari subit J Ctos quosdam  
vicinos, quos in causa veneficii in hunc  
modum respondisse, ex Actis Facultati  
nostræ transmissis deprehendi. Wir stels  
len euch zu gefallen ob sie die Weiber auff  
das Wasser wollen werffen lassen/ dieselben  
dadurch zur confession damehr zu bewe-  
gen/ wie wol sonst darauff kein fides zusehe/  
noch dieselbe proba in puncto justitię zu-  
gebrauchen/ sie schwemmen auch/ oder gehn  
zu grunde kan nicht weniger mit der Tortur  
verfähren werden: quid hoc aliud est, quā  
curiositatis gratiā probam hanc permit-  
tere? neq; excusat, quasi ideò foeminæ ad  
confitendum permoveantur facilius, si-  
quidem iam supra ostendimus, etsi ita  
iudices ad bonum finem tendant, pecca-  
re tamen, quia per mala media, nempe  
lu.

superstitionem & tentationem Dei.

Sanè ut hoc obiter addamus si verum est Deum per suos ministeriales *Angelos bonos* Sagas arcere & repellere ab aquis, cur non prout illæ, quæ merguntur, tanquam lat Deo iudice expurgatæ absolvuntur, ita quoq; quæ supernatant, absq; alio testimoniis condemnantur; sed quia antequam condemnentur, per torturam rem certius explorandam dicitis an non sic probam vestram dubiam ac incertam, efficiatis? Et ponamus ab initio sufficientia indicia ad torturam esse, ac Sagam torturam tolerasse ac nihil confessam esse, nunquid hoc in casu probam hanc admitteremus, ne nocens elabatur? Utiq; si nimirum hæc proba certum à Deo datum signum esset: Quin amplius si supernatationis causam in ipso *Deo* ponimus, qua conscientiam dimittemus illam quam miraculo Deus sagam esse docuit, & hæc dimittitur tamen, si postea in tortura nihil confessam sit. Videmus hinc in quot se stimulos conscientiam iudices iniiciant, qui hæc hodie utuntur proba,

Re.

28 *Quest. II. An Saga qua non nocuerint*

Relinquitur itaq; in ipso *Diabolo* hujus rei causam poni debere, qui hac probâ judices ad mortaliter peccandum inducit, hacque viâ judicia, quæ sancta tervari oportet, commutat in scholam *Magiæ*. dicente *Bodino* l. 4. de *dæmon*. c. 3. in fin.

## QUÆSTIO II.

*An Saga seu lamia, quæ nec hominibus nec animantibus segetibusvè nocuerint, ignis poenâ puniende sint?*

**N**UNQUAM assentiri possum *Alciato* & *Duareno*, qui existimant *Sagas* qua tales, si nihil aliud admiserint, absolvendas ac dimittendas esse; ita enim scribit *Alciatus* 8. *parerg.* 22. hæc fœminas helleboro potius, quam igne purgandas videri; & *Duarenius* in tit. ad *L. Cornel. de sicar.* c. 2. inquit, si mileræ hæ mulierculæ nihil aliud admiserint, eas *Curia Parisiensis* absolvere ac dimittere meritò contrevit.

Con.